

OLEA COCTA.

OLEUM SCORPIONUM.

℞. Scorpiones vivos centum,
Olei Olivarum libras tres.

Scorpiones suffoca in oleo, coque cum
aquae pauxillo, et cola.

OLEUM OXIDI CUPRI VIRIDE.

(*Balsamum Viride.*)

℞. Olei Olivarum libram unam, et semis,
Terebinthinae purae uncias tres.

Misce igne lento, et refrigeratis adde
Pulveris Oxidi Cupri acetati drachmas qua-
tuor, et semis,
Olei distillati Caryophyllorum drachmam
unam, et semis.

CAPUT XVII.

OLEA DISTILLATA

AROMATICA.

OLEUM ABSYNTII.

℞. Herbae floridae Absynthii, seminibus onus-
aa

186 OLEA DISTILLATA AROMATICA.

tae, et incisae libras octo,
Aquae purae libras sexaginta quatuor.

Distilla ex alembico, donec nihil amplius
Olei prodeat. Oleum ab aqua per infundibu-
lum separa, et cum nova Absynthii quanti-
tate rursus distilla; idque toties repete quous-
que sufficientem Olei portionem obtinueris.

Simili modo extrahitur Oleum

Florum Chamaemeli,

Lavendulae,

Herbae Menthae,

et similia.

OLEUM DISTILLATUM CARYOPHILLORUM.

℞. Caryophyllorum aromaticorum libram unam,
Aquae fontis libras quadraginta.

Digere per dies quatuor in loco frigido;
et in alembico capaci cum suo refrigerato-
rio distilla forti igne ad dimidias; et oleum
ab aqua separatum per infundibulum, ad
usum serva.

Dosis ad guttas sex.

OLEA DISTILLATA AROMATICA. 187

[Simili modo distillantur sequentia Olea
Baccarum Lauri recentium, siccatarum,
Juniperi,
Nuccis Moschatae,
Cinnamomi Ceylanici,
Terebinthinae Aromaticum, et simil.

OLEUM CORTICUM LIMONUM.

℞. Flavedinis Limonum, radulâ ab interiori
cortice sub aqua separatae, Q. V.
Aquae purae sufficientem quantitatem.
Distilla, et oleum S. A. ab aqua separa.

OLEUM SEMINUM ANISI.

℞. Seminum Anisi contusorum libras sex,
Aquae purae libras quadraginta.
Macera per biduum, et distilla, ut in prae-
dictâ operatione.

Simili modo distillatur Oleum

Seminis Cynini,
Foeniculi,
Carvi, et similia.

aa 2